



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Vigesimum septimum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**A** mihi Dominus, nec unum quidem capitulum in his dialogis me finxisse; quod si aliqua forte aliter sunt gesta, quam à me scripta, magis videtur imputandum esse, à quibus mihi sunt relata.

### Caput Vigesimum sextum.

*De familiare quodam Ducis Limburgensis, cuius pollex contritus sanatus est.*

**E** ODEM tempore quidam è familia Ducis Limburgensis, pollicem contritum habuit. Venit ergò Coloniam, & cum manum ceream ad sepulchrum martyris obtulisset, curatus est.

### Caput Vigesimum septimum.

*De incolumente cuidam contracto reddita.*

**A** LIVS in eiusdem Ducis castro natus, miserè contractus fuit. Ei ironice dicere solebant nobiles principis illius: Abi, abi Coloniam ad S. ENGELBERTVM, ut sanet te. Ita illi insultabant martyri propter veteres similitates, quæ Duci eorum cum ENGELBERTO intercesserant.

**C** Tandem homo abijt Coloniam, & tribus continuis diebus orans a Contracto pud sepulchrum martyris, exauditus est. Cumque domum reuertisset, redditur & eum nobiles illi, atque alij eius regionis homines sanum viderent, incolumentem biennio fœdè contractum nouerant, pudefacti dicebant: Iam tas. teuera cernimus Archiepiscopum ENGELBERTVM sanatum esse.

### Notatio ad Caput Vigesimum septimum.

**D** §. Eiusdem Ducis.

Dux iste Limburgensis erat Walramus, de quo lib. 2. c. 12. p. 167.

§. Castro puta Rodensi.

Sicenim manuscr. codex habet Herzogen-Rode quod Ducis noualia sonat. Oppidum est cum castro, non adeò amplum, sed concinnum & veteri arte cōspicuum,



Hertzogen-Rode.

cuum, quod Falcoburgo Leucæ circiter spatio dissidet, est que quarta ex trans-Mosanis Brabantiae ditionibus, auctore <sup>A</sup> Guicciardino in Brabantia.

### Caput Vigesimum octauum.

*De alio cui gressus restitutus est.*

Item alteri **Q**VIDAM deceim annis absque scipionibus ambulare non poterat. Venit ad tumulum martyris, & scipionibus illic relictis, domum <sup>B</sup> sanus reuersus est.

### Notatio ad Caput Vigesimum octauum.

§. Domum sanus reuersus est.

*Fuisse hunc domo Herderensem, Tungros inter, & Traiectum, ad Mosam manuscrip. codex testatur.*

C

### Caput Vigesimum nonum.

*De dolore capitis, & gutturi mulieri Coloniensi profigato.*

Dolorcapitis & gutturis profligatur. **M**ULIER quadam Coloniae in platea salaria habitans, nouem annis dolore capitis & gutturi laboravit. Nocte quadam, doloris immanitate urgente, beatum martyrem implorat, & ante solis ortum tumor & dolor omnis abscedit. Mane igitur adit sepulchrum eius, hilariter suas oblationes exhibet, agit gratias, & læta reddit ad suos.

### Notatio ad Caput Vigesimum nonum. D

**M**Anuscripti nihil hoc capite amplius afferunt, quod Surianæ editioni mereatur addi.

### Caput XXX.

*De pueri contracto, & Ministro Episcopi Mindensis curato.*

Pueri contracti curati. **M**INDENSIS Episcopus veniens in Giuelsberg, orandi causa ingressus est in facellum, quod illic in loco cædis eius fabricatum est, Oblatus

tus